



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium
similitudinibus conscripta ...**

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

66. Trium Regum mater cum filia & nepte convertuntur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

(124)

SYMBOLUM 65.

Tres primores regij sanguinis in Chynâ sacro fonte abluti, & SSS. trium Regum nominibus appellati.

TResquè salutifero baptilmatis amne renatos,
Prognatos Regum sanguine Chyna videt.
Melchior hic audit, cum Caspare, Baltasar alter,
Ter gemini Regis nomine digna trias.
Regia Mens Tripotens, summiqùè Tri-culmen honoris,
Hoc socios Jesu donat honore Patres.

SYMBOLUM 66.

De trium Regum Matre, cum filiâ & nepte ad fidem conversis.

Vestra, nec o Patres, hoc, gloria, limite stabit,
Debetur meritis major honoris apex.
Regia Nata fidem vobis cum nepte Magistris
Præbuit, & Regum Mater alumna trium,
Laureolas meritis tantisquè laboribus æquas;
Majestas lauros quot Tri-coronis habet?

SYMBOLUM 67.

Triples & unus religiosus Ordo.

ANte fatiscentis fatalia tempora mundi
Ordo Crucis fulgens trinus & unus erit.
Arma feret Christi, Bellantes ante phalanges,
Hospitij reliquis ante-ferendus ope;
Innumeroquè Deo promer pia cantica Clero:
Symbolon hoc Triados Staurifer Ordo dabit.

N.